diligenter prȩcipere, quia omnes secum vult in cȩlesti regno gaudere et ȩternȩ mortis supplicia devitare. Nos enim rectores ȩcclesiȩ dei mortem nullatenus evitamus ȩternam, nisi iugiter clamemus iugiterque ammonemus gregem Christi nobis commissum, ut discat et operatur, quȩ sibi necessaria sunt ad ȩternam salutem, et eam[e)], quȩ ad pernitiem diabolus suggerat, omnimodis fugiat dicente Ezechiele propheta: ‚Si tu non[f)] adnuntiaberis iniquo iniquitatem suam, morte morieris sanguinemque eius de manu tua requiram'. *vgl. Ezech. 3, 18–1*

(2) Ut pax et concordia sit et unanimitas in omni populo christiano, inter ȩcclesiasticos autem maxime, qui viam aliis ad regna cȩlorum suis sanctis debent exemplis ostendere. Quomodo ergo alios in viam veritatis potest | adducere qui per dissensionem atque discordiam seu[g)] etiam propter contentiones rerum secularium, quȩ velut fumus omnia evanescunt, et ad ȩternum tendunt interitum? Talia ergo ne fiant in populo dei, domnus noster pacem et concordiam inter episcopos et abbates, comites et iudices, inter omnes ubique maiores et minores personas prȩcepit observare, quia deo sine pace et concordia nichil placet nec omnino sanctȩ oblationis ad altare munus, quod ipse dominus ibi relinquere iussit et ire prius reconciliare fratri suo et ita munus placabile deo offerre, quia caritas, que est omnium virtutum ⟨mater⟩, sine pace et concordia fieri non potest. Nemo ergo in hoc seculo patri familias quid placabile potest offerre, quamdiu eum[h)], qui of- *fol. 76v* *vgl. Matth. 5, 23f.*

e) eam = ea f) Si tu non *von anderer Hand korr. aus* sit unus *Cod.* g) -e- *über der Zeile nachgetr. Cod.* h) enim *Cod.*

c. 2: *Zeilen 51, 57ff., 67ff.: Admon. gen. c. 62 (S. 58, 6–14):* Ut pax sit et concordia et unianimitas cum omni populo christiano inter episcopos, abbates, comites, iudices et omnes ubique seu maiores seu minores personas, quia nihil Deo sine pace placet nec munus sanctae oblationis ad altare, sicut in evangelio ipso Domino praecipiente legimus; quia et illud secundum mandatum est in lege: ‚diliges proximum tuum sicut te ipsum'; item in evangelio: ‚beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'. Et iterum: ‚in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem'. In hoc enim praecepto discernuntur filii Dei et filii diaboli; quia filii diaboli semper dissensiones et discordias movere satagunt: filii autem Dei semper paci et dilectioni student; *ähnlicher Beginn Konzil von Mainz (a. 813) c. 5 (MGH Conc. 2, 1, S. 261, 22f.):* Ut pax et concordia sit atque unanimitas in populo Christiano. *Auch in drei weiteren Reformkonzilen des Jahres 813 wird das Thema behandelt: Arles c. 12, Chalon-sur-Saône c. 20, Tours c. 32 (MGH Conc. 2, 1, S. 251, 33–252, 3; 277, 31ff.; 290, 33ff.). Der Aufruf zu* pax *und* concordia, *gern zu beidem, auch in Verbindung oder in partiellem Austausch mit* unanimitas, iustitia, disciplina *u. ä., zieht sich überhaupt konstant durch die fränkische Gesetzgebung, vgl. etwa Kapitular Nr. 9 (a. 614) c. 11, Nr. 35 (a. 806?) c. 31, Nr. 64 (a. 810) c. 10, Nr. 78 (a. 813) c. 9, Nr. 99 (a. 802–810) c. 2 (MGH Capit. 1, S. 22, 12f.; 103, 28f.; 153, 24f.; 174, 6f.; 206, 24) u. ö. Siehe auch unten S. 414 Kapitular II c. 1. Zum Frieden in der Kirche siehe unten S. 410 c. 30 und S. 416 Kapitular II c. 11.*